Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operiis ex denario diurno. misit illos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam. vidit alios stantes in foro ociosos. et illis dixit: Ite et vos in vineam meam. et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam. et fecit similiter: Circa undecimam uero exiit. et inuenit alios stantes et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi. Dicunt ei. quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam. Cum sero autem factum esset. dicit dominus vineae pecuniario